Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



iam in monumẽto hũtem Erat aut bethania
iuxta iherosolimam: quasi stadijs quindecim.
Multi autẽ ex iudeis uenerant ad martham et
mariam ut consolarentur eas de fratre suo Mar-
tha autẽ ut audiuit quia iesus venit occurrit
illi: maria autẽ domi sedebat Dixit ergo martha
ad iesum Dñe si fuisses hic frater meus nõ fuis-
set mortuus Sed et nunc scio quia quecũq; rogas
deo dabit tibi deus Dicit illi deus iesus
Resurget frater tuus Dicit ei martha Scio q̃
resurget in resurrectione in nouissimo die Dicit
ei iesus Ego sũ resurrectio et uita Qui credit in
me etiam si mortuus fuerit uiuet Et omnis qui u-
uit et credit in me: nõ morietur in eternũ Credis
hoc Ait illi Utq; dñe Ego credidi: quia tu es xp̃s
filius dei uiui qui in hunc mundũ uenisti Et cũ
hoc dixisset: abiit et uocauit mariam sororem
suam silentio dicens Magister adest et uocat te
Illa ut audiuit surgit cito: et uenit ad eum Non
dum enim uenerat iesus in castellũ: sed erat adhuc
in illo loco ubi occurrerat ei martha Iudei igitur
qui erant cum ea domo et consolabantur eam: cum
uidissent mariam quia cito surrexit et exist-
XIII
cauit sunt eam dicentes Quia uadit ad monumẽ-
tum ut ploret ibi Maria ergo cum uenisset ubi
erat iesus uidens eum cecidit ad pedes eius et
dixit Dñe si fuisses hic: frater meus nõ esset
mortuus Iesus ergo ut uidit eam plorantem
et iudeos qui uenerant cũ illa plorantes: infre-
muit spũ et turbauit seipm et dixit Ubi posu-
istis eum Dicunt ei Dñe: ueni et uide Et lac